LORAS COLLEGE LIBRARY
STAC
878.1C116W, He. c1
Caesar's Helvetian war
3 0051 00384 7420

Classics

CAESAR

HELVETIAN WAR

WELCH and DUFFIELD

AMERICAN EDITION

ASHMORE A.M

WITHDRAWN FROM
LORAS COLLEGE LIBRARY

CAESAR'S HELVETIAN WAR



Elementary Classics

CAESAR'S HELVETIAN WAR

ADAPTED FOR THE USE OF BEGINNERS

BY

W. WELCH, M.A.

AND

C. G. DUFFIELD, M.A.

ASSISTANT MASTERS AT CRANLEIGH SCHOOL

WITH NOTES, EXERCISES, AND VOCABULARIES

LORAS HALL
Library
DUBUQUE, IOWA

NEW EDITION

REVISED AND ENLARGED, FOR USE IN AMERICAN SCHOOLS, BY

SIDNEY G. ASHMORE, A.M., L.H.D.

PROFESSOR OF LATIN IN UNION COLLEGE, SCHENECTADY, N.Y.

New York

MACMILLAN AND CO.

AND LONDON

1892

All rights reserved

8895

c.12 ej.2

COPYRIGHT, 1892,
BY MACMILLAN AND CO.

First Edition printed 1887.
Reprinted 1889.

TYPOGRAPHY BY J. S. CUSHING & CO., BOSTON, U.S.A.
PRESSWORK BY BERWICK & SMITH, BOSTON, U.S.A.

PREFACE.

In re-editing Welch and Duffield's Caesar (Helvetian War), El. Cl., I have made the following changes and additions: I have altered the orthography so as to bring it into more complete conformity with Brambach's *Hülfsbüchlein für lateinische Rechtschreibung* (*dritte Auflage*, Leipzig, 1884), and Dr. Charlton T. Lewis' Elementary Latin Dictionary (Harper and Brothers, 1891). I have rewritten and enlarged the body of notes in the light of such valuable aids as the editions of Kraner and Dittenberger, Bond and Walpole, Allen and Greenough, Harper and Tolman, and Moberley; and have added references to the Latin grammars of Allen and Greenough, of Harkness, and of Gildersleeve, designated by the initials, A., H., and G. In making these references I have kept constantly in view the uses and difficulties of the subjunctive, which, if not taken in hand at an early day, invariably prove a stumbling-

block to the student throughout his school and college course. I have used on all occasions the nomenclature of Allen and Greenough. It has seemed to me best also to make a number of changes in the vocabularies, and to indicate the vowels there which are long by nature, leaving the short vowels and those of doubtful quantity unmarked. I have endeavoured to correct any accidental errors or misprints in the English edition.

SIDNEY G. ASHMORE.

UNION COLLEGE, SCHENECTADY, N.Y.
May, 1892.

CONTENTS.

	PAGE
Introduction,	ix
Directions for Translating,	xiii
Rules of Agreement,	xiv
Directions for Parsing,	xiv
Map of Gaul,	
Text,	1
Plan of Battle,	24
Notes,	25
Abbreviations,	50
Vocabulary — Latin-English,	51
Exercises,	77
Vocabulary — English-Latin,	99
Index,	105

INTRODUCTION.

About B.C. 100 began a series of movements among the German tribes east of the Rhine threatening danger alike to the Gallic tribes in the west and even to the great empire of the Romans in the south. Two of these German tribes in B.C. 102 had poured innumerable hordes across the Rhine in search of new homes. Marius had rolled back the tide of invasion from Italian soil by his victory over the Teutons at Aquae, and over the Cimbri at Vercellae, where he saved Rome from a ferocious horde which had defeated seven armies. The danger arising from these southern invasions had never really ceased. The mutual jealousy of the Gallic tribes weakened the barrier on the west: moreover, one of these tribes, the Sequani, had actually invited Ariovistus, king of some of the Suevic tribes, from the east side of the Rhine, to take up his

quarters amongst them. This step they had bitter cause to regret, for when he demanded a third of their lands, and they resisted, he made a terrible slaughter of them at Magetobriga. With the foresight of a great statesman, Caesar saw that nothing but the reduction of the Gallic tribes to Roman dominion would be a barrier to these incursions on the west, and so he had himself appointed governor of Cisalpine Gaul, Illyricum, and the Province. He received by a vote of the tribes the government, first, for five years (59–54 B.C.), and afterwards for five years more.

A rumour at this time reached Rome that the Helvetii, a tribe akin to the Gauls, were contemplating an emigration westward into the country of the Santoni, who dwelt on the western shore of Gaul. On them, too, the tide of migration from the north had pressed heavily; they had, however, bravely held their own. But they were growing weary of the constant struggle, and determined at last to seek more easy quarters: moreover, their population was increasing and their narrow valleys were growing too strait for them. It was difficult to widen their borders: the Jura Mountains on the

west, the Rhine on the north, snow-clad mountains on the east and south formed natural boundaries which hemmed them in. There was no escape but by universal emigration. Orgetorix, who had originated the idea, was chosen to superintend the preparations, which were conducted upon a gigantic scale. At last in B.C. 58 they were ready to move. Two outlets alone were practicable. One of these, over the Jura Mountains, through the Sequani, was so arduous that they were compelled to abandon it; and they determined to try the other, by the Lake of Geneva and over the Rhine, through the territory of the Allobroges. The vast procession numbered 368,000 persons, of whom 92,000 men were capable of bearing arms. In April, Caesar hurried from Rome to interrupt them and cut down the bridge at Geneva. A formal request was sent him by the Helvetii for permission to pass through the Province, and the ambassadors were requested to return on the 13th April. By this time Caesar had been enabled to fortify the south bank of the Rhone, and he refused to give way. The Helvetii attempted to force their way across, but were baffled, and they had to seek an entrance into Gaul through the

Sequani. Terrified at their approach, the Aedui appealed to Caesar for help; he meanwhile had been raising fresh levies of troops in North Italy, and with these he hurried over the Mont Genèvre, and caught up the Helvetii as they were in the act of crossing the Arar. The part which had not yet crossed the river he cut to pieces; in so doing he was wiping off an old score, for they turned out to be the canton Tigurinus, which had fifty years before severely defeated the Romans under L. Cassius Longinus. A truce was called, and terms discussed; but the demands of the Helvetii were so arrogant that Caesar refused to entertain further proposals. They continued their march, and Caesar hung upon their rear for fifteen days. An opportunity presented itself at last of attacking them in front and in rear, but it was lost through the incapacity of one of his officers, Considius. Caesar then made a feint of flight. The Helvetii pursued him to a spot 18 miles west of Bibracte, where he took them at a disadvantage and utterly routed them. The survivors were sent back home, and Caesar turned his arms against the German, Ariovistus.

DIRECTIONS FOR TRANSLATING.[1]

1. Pick out the finite verb (the **predicate**) and find out its voice, mood, tense, number, and person.

2. Find the **subject** or subjects with which it agrees. Translate.

3. If the verb is incomplete, find the **object** or **completion**. Translate.

4. See if the **subject** is **enlarged** by any of the methods mentioned below; if it is, translate, taking the **enlargements** with the subject.

5. See if the **object** is **enlarged**; if it is, translate, taking the **enlargements** with the object.

6. Take the **extensions of the predicate.** Translate.

7. Translate finally, putting in the introductory conjunctions or other words not yet taken.

The **subject** may be

1. A noun.
2. A pronoun (perhaps understood in the verb).
3. An adjective.
4. An infinitive mood.
5. A phrase.

The **subject** may be **enlarged** by

1. An adjective or participle.
2. A noun in apposition.
3. A noun in the genitive case.
4. A relative clause.
5. A participial phrase.

[1] To those who are inclined to follow implicitly these directions of the English editors, a perusal of Prof. W. G. Hale's "Art of Reading Latin" is recommended.

The **object** or **completion** may consist of a phrase, or of any of the parts of speech which can form a **subject**.

The **object** may be enlarged in the same way as the **subject**.

The **predicate** may be extended by

1. Adverb.
2. Ablative case.
3. Preposition and its case.
4. Adverbial sentence.

Rules of Agreement.

1. The verb agrees with its subject in number and person (and gender in the compound tenses).

2. The adjective agrees with its substantive in gender, number, and case.

3. The relative agrees with its antecedent in gender and number; for case it looks to its own verb.

Parsing.

1. *Verb.* Person, number, tense, mood, and voice, from ——— (give the parts). Agrees with ———, its subject.

2. *Noun.* Case, number, and gender, from ———, of the ——— declension. Give the reason for the case.

3. *Adjective.* Case, number, and gender, from ———, and is declined like ———. It agrees with its substantive ———. Give the comparative and superlative.

4. *Relative.* Case, number, and gender, from ———. It agrees with its antecedent ———. Give the reason for the case.

GAUL IN THE TIME OF JULIUS CAESAR

Route of the Helvetii.....

London. Macmillan & Co.

Stanford's Geog.l Estab.t London.

CAESAR'S HELVETIAN WAR.

Introduction.

1. Gallia omnis in tres partes divisa est:

Unam partem Belgae, alteram Aquitani, tertiam Galli incolunt:

Gaul divided into three parts: Belgium, Gaul proper, and Aquitania.

Hi omnes linguâ, institutis, legibus inter se differunt:

Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit.

2. Horum omnium fortissimi sunt Belgae:

nam a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt:

nec saepe mercatores ad eos commeant:

neque important eas res, quae animos hominum effeminant.

Proximi sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt:

cum iis continenter bellum gerunt.

3. His de causis Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt:

fere cottidianis proeliis cum Germanis contendunt.

Una pars Gallorum a flumine Rhodano initium capit:

continetur Garumnâ flumine, Oceano, finibus Belgarum.

attingit etiam flumen Rhenum: vergit ad septentriones.

4. Belgae ab extremis partibus Galliae oriuntur: ad inferiorem partem fluminis Rheni pertinent: spectant in septentrionem et orientem solem.

Aquitania a Garumnâ flumine ad Pyrenaeos montes pertinet:

spectat inter occasum solis et septentrionem.

The Helvetian War.

5. Apud Helvetios longe nobilissimus et ditissimus fuit Orgetorix:

Ambition of Orgetorix, a native prince.

Is, cupiditate regni inductus, coniurationem nobilitatis fecerat.

Civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent:

totius enim Galliae imperium occupare cupivit.

Id facillime eis persuasit.

6. Helvetii enim undique loci naturâ continentur:

unâ ex parte flumen Rhenus altissimus et latissimus est:

alterâ ex parte est Mons Iura altissimus:

tertiâ ex parte lacus Lemannus et flumen Rhodanus nostram provinciam ab Helvetiis dividit.

7. His de causis Helvetii non late vagari potuerunt:

nec facile finitimis bellum inferre potuerunt:

itaque homines, naturâ bellicosi, magno dolore adficiebantur.

Pro multitudine hominum et pro gloriâ belli fines Helvetiorum angusti esse videbantur.

Hi autem fines in longitudinem milia passuum ducenta et quadraginta, in latitudinem centum et octoginta patebant.

8. His rebus et auctoritate Orgetorigis adducti sunt:

et ea, quae ad proficiscendum pertinent, comparare constituerunt: The Helvetii prepare to emigrate.

iumentorum et carrorum maximum numerum coemunt:

maximas sementes faciunt:

itaque ad iter copia frumenti suppetebat.

Cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmant:

ad has res duo anni illis satis esse videbantur.

9. Tertio anno proficisci statuerunt.

Orgetorix sibi legationem ad civitates suscepit. Plot of Orgetorix discovered.

In Sequanis erat Casticus, Catamantaloedis filius:

pater eius regnum in Sequanis multos annos obtinuerat:

a senatu populi Romani amicus appellatus erat:

ei persuadet, ut regnum in civitate suâ occupet.

Dumnorigi etiam Aeduo, fratri Divitiaci, qui eo tempore principatum obtinebat, idem persuadet:

eique filiam suam in matrimonium dat.

10. Inter se fidem et ius iurandum dant:

per tres potentissimos et firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

Ea res Helvetiis per indicium enuntiata est.

Moribus suis Orgetorigem ex vinclis causam dicere coegerunt:

ei, si damnaretur, mortem minabantur.

Dies dicendae causae constituta est:

Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam undique coegit;

et omnes clientes obaeratosque suos eodem conduxit:

et per eos se eripuit.

Death of Orgetorix.

11. Civitas, ob eam rem incitata, ius suum armis exsequi conabatur:

et magistratus multos homines ex agris cogebant:

sed Orgetorix mortuus est,

et Helvetii arbitrantur eum ipsum sibi mortem conscivisse.

Post mortem eius Helvetii e finibus suis exire parant.

Primum oppida sua omnia, vicosque, et reliqua privata aedificia incendunt:

frumentum omne, praeterquam quod secum portaturi erant, comburunt:

itaque spes domum reditionis sublata est:

et omnes ad pericula subeunda paratiores erant.

12. Raurici autem et Tulingi et Latovici, finitimi eorum, eodem consilio usi sunt:

Other tribes join the Helvetii.

oppida sua vicosque exurunt, et unà cum iis proficiscuntur:

et Boios ad se socios adsciscunt.

Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire poterant:

unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum;

mons autem altissimus impendebat, et facile perpauci prohibere poterant:

alterum per provinciam nostram erat multo facilius atque expeditius:

nam inter fines Helvetiorum et Allobrogum Rhodanus fluit:

isque nonnullis locis vado transitur.

Extremum oppidum Allobrogum est Genava:

ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet.

13. Allobrogibus, ut existimant, vel persuadere vel vi cogere possunt, ut per suos fines eos ire patiantur.

omnes res ad profectionem comparant: diem conventus dicunt.

Caesari nuntiatum est eos per provinciam nostram iter facere conari:

Caesar advances to oppose them.

maturat ab urbe proficisci et in Galliam ulteriorem contendit et ad Genavam pervenit:

maximum numerum militum toti provinciae imperat:

erat omnino in Gallia ulteriore legio una:

pontem, qui erat ad Genavam, rescindi iubet.

14. De eius adventu Helvetii certiores fiunt:

Ambassadors are sent to him.

et legatos ad eum nobilissimos civitatis mittunt:

eius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant:

dicebant se velle voluntate eius sine ullo maleficio iter per provinciam facere:

Caesar memoriâ tenet L. Cassium consulem occisum esse, eius exercitumque ab Helvetiis pulsum, et sub iugum missum esse:

itaque concedendum esse non putabat:

si facultas per provinciam itineris faciendi daretur, non existimabat homines inimico animo temperaturos esse ab iniuriâ et maleficio.

Legatis respondit, se diem ad deliberandum sumpturum esse:

milites enim, quos imperaverat, nondum convenerant:

legatos ad Idus Apriles reverti iubet.

15. Interea a lacu Lemanno, qui in flumen Rho-

danum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, murum et fossam perducit.

Caesar refuses to allow the Helvetii to pass through the province.

Deinde praesidia disponit, et castella communit:

ita, si transire conarentur, facilius eos prohibere poterat.

Tandem ea dies, quam cum legatis constituerat, venit, et legati ad eum revertunt:

negat se posse iter ulli per provinciam dare:

si vim facere conarentur, se prohibiturum ostendit.

Helvetii eâ spe deiecti sunt:

alii naves iungunt ratesque complures faciunt:

alii, nonnumquam interdiu, saepius noctu, vadis Rhodani perrumpere conati sunt:

hîc enim minima altitudo fluminis erat:

sed operis munitione et militum concursu et telis repulsi sunt:

itaque hoc conatu destiterunt.

16. Relinquebatur una per Sequanos via:

The Sequani allow them to pass.

sed primò Sequani iter dare nolebant:

neque illis suâ sponte persuadere poterant:

deinde autem legatos ad Dumnorigem Aeduum mittunt, ut ille deprecator sit.

Dumnorix gratiâ et largitione apud Sequanos plurimum poterat:

et Helvetiis erat amicus:
nam ex eâ civitate filiam Orgetorigis in matrimonium duxerat:
et adductus cupiditate regni novis rebus studebat:
civitatibus quam plurimis amicus esse volebat.
Eo deprecatore, Sequani Helvetios per suos fines ire patiuntur:
dantque inter se obsides:
Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant:
Helvetii, ut sine maleficio et iniuriâ transeant.

17. Caesari renuntiatum est Helvetios velle per agrum Sequanorum et Aeduorum iter in Santonum fines facere:
ii non longe a Tolosatium finibus absunt: ea civitas est in provinciâ.
Intellegebat, si homines bellicosi, populi Romani inimici, loca patentia, maximeque frumentaria, haberent, id provinciae periculosum fore.
Ob eas causas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum praefecit:
ipse in Italiam magnis itineribus contendit:
duasque ibi legiones conscribit:
tres autem legiones circum Aquileiam hiemabant:
eas ex hibernis educit:
cum his quinque legionibus in ulteriorem Galliam per Alpes ire contendit.

18. Ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges loca superiora occupaverant,
ii itinere Caesarem prohiberę conantur:
hos compluribus proeliis reppulit.
Ab Ocelo in fines Vocontiorum die septimo pervenit:
inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiavos exercitum ducit.
Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.
Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant: in Aeduorum fines pervenerant:
eorumque agros populabantur.
Aedui autem se suaque defendere non poterant:
itaque legatos ad Caesarem mittunt.

The Aedui ask Caesar for help.

19. Dicebant se omni tempore bene de populo Romano meritos esse:
neque suos agros paene in conspectu Romani exercitûs vastari debere:
nec liberos in servitutem adduci, neque oppida expugnari debere.
Eodem tempore quaedam gens Aeduorum, nomine Ambarri, Caesarem certiorem faciunt suos agros ab Helvetiis vastatos esse:
nec se ab oppidis vim hostium prohibere posse.
Item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos possessionesque habebant, fugâ se ad Caesarem recipiunt.

Demonstrant se habere nihil reliqui praeter agri solum.

Itaque Caesar non exspectandum sibi statuit, dum Helvetii in Santonos pervenirent: nam omnes fortunae sociorum consumebantur.

Caesar overtakes the Helvetii at the Arar and defeats them.

20. Flumen est Arar, quod per fines Aeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit: ob incredibilem lenitatem, in utram partem fluat non oculis iudicari potest. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant.

Caesar per exploratores certior factus est tres iam partes copiarum id flumen transisse: quartam fere partem citra flumen Ararim reliquam esse: itaque de tertiâ vigiliâ cum legionibus tribus e castris profectus est:

ad eam partem pervenit, quae nondum flumen transierat.

Eos impeditos et inopinantes aggressus, magnam partem eorum concidit: reliqui sese fugae mandârunt, atque in proximas silvas abdiderunt.

21. Is pagus appellabatur Tigurinus:

nam omnis Helvetia in quattuor pagos divisa est.

Hic pagus unus memoriâ patrum nostrorum domo exierat:

L. Cassium consulem interfecerat, et eius exercitum sub iugum miserat.

Hic pagus insignem calamitatem populo Romano

intulerat: itaque nunc, sive casu sive consilio deorum immortalium, is princeps poenas persolvit.

Qua in re Caesar non solum publicas sed etiam privatas iniurias ultus est:

nam in eodem proelio eius soceri L. Pisonis avus, L. Piso interfectus erat.

Post hoc proelium pontem in Arare facit et exercitum traducit:

hoc modo reliquas copias Helvetiorum facilius consequi poterat.

22. Helvetii repentino eius adventu commoti sunt:

Caesar enim id uno die fecerat, quod ii viginti diebus aegerrime confecerant, ut flumen transirent.

Legatos ad eum mittunt; cuius legationis Divico princeps fuit, qui bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat.

Is ita cum Caesare egit:

Si populus Romanus nobiscum pacem facere volet, nos in eam partem ibimus, ubi nos constitueris:

sin bello persequi perseveres, ne oblitus sis pristinae virtutis Helvetiorum. Unum pagum vicisti, ne ob eam rem Helvetios despexeris. Magis enim virtute quam dolo aut insidiis niti solemus.

23. His Caesar respondit, 'Non possum recentium iniuriarum memoriam deponere. Me invito,

iter per provinciam per vim temptavistis. Aeduos et Ambarros et Allobrogas vexavistis. Cum ea ita sint, tamen si obsides dare vultis, si Aeduis et Allobrogibus satisfacere parati estis, vobiscum pacem faciam.'

Tum Divico 'Ita' inquit 'a maioribus instituti sumus ut obsides accipere non dare consueverimus: eius rei populus Romanus testis est.'

Hoc responso dato, discessit. Postero die castra ex eo loco movent. Idem facit Caesar· equitatum omnem praemittit: vident quas in partes hostes iter faciant. Sed cupidius novissimum hostium agmen insecuti sunt: alieno loco cum equitatu Helvetiorum proelium committunt: et pauci de nostris cadunt.

24. Hoc proelio Helvetiorum animi sublati sunt:

audacius subsistere, et nostros novissimo agmine proelio lacessere coeperunt.

Caesar autem suos a proelio continebat:

et vix hostem rapinis et pabulationibus et populationibus prohibere poterat.

Ita dies circiter quindecim iter fecerunt:

et inter novissimum agmen hostium et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus passuum intererat.

25. Interim cottidie Caesar Aeduos frumentum, quod essent publice polliciti, flagitabat:

nam propter frigora frumenta in agris matura non erant:

Dumnorix prevents the Aedui from sending corn to Caesar.

nec pabuli satis magna copia suppetebat:

eo autem frumento, quod flumine Arare navibus subvexerat, uti non poterat:

iter enim ab Arare Helvetii averterant, a quibus discedere nolebat.

Diem ex die ducunt Aedui:

dicunt frumentum conferri, comportari, adesse.

26. Caesar se diutius duci intellegit:

Conference between Caesar and Divitiacus and Liscus.

dies enim iam instabat, quo die frumentum militibus metiri oportebat:

itaque Aeduorum principes convocat:

ex his Divitiacum et Liscum, qui summo magistratui praeerat, graviter accusat, quòd tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis non sublevetur; multo etiam gravius queritur, quòd sit destitutus, cum magnâ ex parte eorum precibus adductus bellum susceperit.

27. Tum demum Liscus oratione Caesaris adductus, 'Sunt' inquit, 'nonnulli, quorum auctoritas apud plebem plurimum valet:

ii privatim plus possunt quam ipsi magistratus.

Hi seditiosâ atque improbâ oratione multitudinem deterrent, ne frumentum vobis conferant.

Dicunt satius esse, si iam principatum Galliae

obtinere non possimus, Gallorum quam Romanorum imperia perferre:

neque se dubitare quin, si Helvetios superaveritis, unà cum reliquâ Galliâ nobis libertatem sitis erepturi.

Hi vestra consilia, et ea, quae in castris geruntur, hostibus enuntiant: neque eos coercere possumus.

Intellego quanto cum periculo haec tibi enuntiem, et ob eam causam, quam diu potui, tacui.'

28. Hac oratione Lisci Dumnorix, Divitiaci frater, designabatur: Caesar autem, pluribus praesentibus, eas res iactari nolebat: celeriter concilium dimittit, Liscum retinet.

Quaerit ex solo ea, quae in conventu dixerat.

Dicit liberius atque audacius.

Eadem secretò ab aliis quaerit: repperit esse vera.

ex eo audit Dumnorigem esse summâ audaciâ hominem:

illum propter liberalitatem magnâ apud plebem gratiâ esse:

novarum rerum cupidum esse.

Complures annos portoria reliquaque omnia Aeduorum vectigalia parvo pretio redemerat.

nam, illo licente, nemo contra liceri ausus est.

29. His rebus suam rem familiarem auxerat:

et facultates ad largiendum magnas comparaverat:

magnum numerum equitatûs suo sumptu semper alit, et circum se habet:

non solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter poterat:

huius potentiae causâ matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo conlocaverat:

et ipse ex Helvetiis uxorem duxerat:

sororem et propinquas suas aliarum civitatum principibus in matrimonium dederat.

Favet Helvetiis propter eam adfinitatem:

odit etiam suo nomine Caesarem et Romanos:

eorum enim adventu potentia eius deminuta erat, et Divitiacus frater in antiquum locum gratiae atque honoris restitutus erat.

30. Sperat se, si quid accidat Romanis, regnum per Helvetios obtinere posse: imperio populi Romani non modo de regno, sed etiam de eâ, quam habet, gratiâ, desperat.

Reperiebat etiam in quaerendo Caesar, cum paucis ante diebus equites adversum proelium gessissent, Dumnorigem atque eius equites initium illius fugae fecisse: nam equitatui, quem auxilio Caesari Aedui miserant, Dumnorix praeerat: eorum fugâ reliquum esse equitatum perterritum.

Caesar resolves to punish Dumnorix.

Quibus rebus cognitis, certissimae res ad has suspiciones accedebant. Dumnorix enim per fines

Sequanorum Helvetios traduxerat: obsides inter eos dandos curaverat: ea omnia nec Caesar iusserat, neque Aedui ipsi cognoverant: a magistratu Aeduorum accusatus erat. Quas ob res Caesar satis causae esse arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret, aut civitatem animadvertere iuberet.

31. His omnibus rebus unum repugnabat:

Caesar Divitiaci fratris summum in populum Romanum studium, summam in se voluntatem, egregiam fidem, iustitiam, temperantiam, cognoverat: et verebatur, ne eius supplicio Divitiaci animum offenderet.

Itaque primò Divitiacum ad se vocat: cottidianos interpretes removet: per C. Valerium Procillum, principem Galliae provinciae, familiarem suum, cui summam omnium rerum fidem habebat, cum eo conloquitur.

But first lays the matter before Divitiacus, his brother.

Simul docet, quae in concilio Gallorum de Dumnorige dicta sint; ostendit quae separatim quisque de eo apud se dixerit. Petit atque hortatur, ut sine eius offensione animi vel ipse de eo, causâ cognitâ, statuat, vel civitatem statuere iubeat.

32. Divitiacus multis cum lacrimis Caesarem obsecrat, ne quid gravius in fratrem statuat. Dicit se scire illa esse vera, nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere; se enim gratiâ plurimum domi atque in reliquâ Galliâ, Dumnorigem mini-

mum propter adulescentiam potuisse: illum per se crevisse: iis opibus illum non solum ad minuendam gratiam, sed paene ad perniciem suam usum esse. Sese tamen et amore fraterno et existimatione vulgi commoveri. Quod si quid ei a Caesare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, omnes existimaturos id voluntate suâ factum esse: quam ob rem totius Galliae animos a se aversum iri.

33. Haec cum pluribus verbis flens a Caesare peteret, Caesar eius dextram prendit: consolatus rogat, ut finem orandi faciat: ostendit se tanti Divitiacum aestimare, ut et rei publicae iniuriam et suum dolorem eius voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad se vocat, fratrem adhibet: ostendit, quae in eo reprehendat: proponit, quae ipse intellegat, quae civitas queratur: monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet; praeterita se Divitiaco fratri condonare dicit. Dumnorigi custodes ponit, ut, quae agat, quibuscum loquatur, scire possit.

34. Eodem die ab exploratoribus certior factus est hostes sub monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo: misit, qui cognoscerent, qualis esset natura montis et qualis in circuitu ascensus. Renuntiatum est facilem esse. De tertiâ vigiliâ Titum Labienum, legatum pro praetore, cum duabus

Caesar resolves to attack the enemy both in front and rear, but is baulked by a false alarm.

legionibus et iis ducibus qui iter cognoverant, summum iugum montis ascendere iubet: suum consilium ostendit. Ipse de quartâ vigiliâ eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit, equitatumque ante se mittit. P. Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur, et in exercitu L. Sullae et postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus praemittitur.

35. Primâ luce summus mons a Labieno tenebatur: Caesar ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus aberat, neque, ut postea ab captivis comperit, aut ipsius adventus aut Labieni cognitus est: Considius, equo admisso, ad eum accurrit; dicet montem, quem a Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri: se id a Gallicis armis atque insignibus cognovisse. Caesar suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit. Caesar Labieno praeceperat, ne proelium committeret, nisi ipsius copiae prope hostium castra visae essent, ut undique uno tempore in hostes impetus fieret; monte occupato, nostros exspectabat, proelioque abstinebat.

36. Multo denique die per exploratores Caesar cognovit, et montem a suis teneri, et Helvetios castra movisse, et Considium timore perterritum, quod non vidisset, pro viso sibi renuntiasse: eodem die solito intervallo hostes sequitur, et milia passuum tria ab eorum castris castra ponit.

Postridie eius diei omnino biduum supererat, cum exercitui frumentum metiri oporteret, et quòd a Bibracte, oppido Aeduorum longe maximo et copiosissimo, non amplius milium passuum duodeviginti aberat, rei frumentariae prospiciendum esse existimavit: iter ab Helvetiis avertit ac Bibracte ire contendit. Ea res per fugitivos L. Aemilii, decurionis equitum Gallorum, hostibus nuntiatur.

Caesar marches to Bibracte, followed by the Helvetii.

37. Helvetii Romanos summo timore perterritos discedere a se existimabant, quòd pridie, superioribus locis occupatis, proelium non commiserant. Eos re frumentariâ intercludi posse confidebant. Commutato consilio iter convertunt: nostros a novissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt.

Caesar id animum advertit, et copias suas in proximum collem subduxit, equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor veteranorum: sed in summo iugo duas legiones, quas in Galliâ citeriore proxime conscripserat, et omnia auxilia conlocat: totum montem hominibus complet, et interea sarcinas in unum locum confert, et eum ab his, qui in superiore acie constiterant, muniri iubet.

Caesar defeats the Helvetii near Bibracte.

38. Helvetii, cum omnibus suis carris secuti, impedimenta in unum locum contulerunt: ipsi confertissimâ acie, reiecto nostro equitatu, phalangem

fecerunt et sub primam nostram aciem successerunt. Caesar, primum suum, deinde omnium ex conspectu equos removet; itaque aequato omnium periculo spem fugae tollit: cohortatus suos proelium commisit. Milites e loco superiore pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt. Eâ disiectâ, gladiis destrictis in eos impetum fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quòd pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis et conligatis, cum ferrum se inflexisset, neque evellere, neque, sinistrâ impeditâ, satis commode pugnare poterant, multi ut diu iactato brachio praeoptarent scutum manu emittere et nudo corpore pugnare.

39. Tandem vulneribus defessi et pedem referre et, quòd mons suberat circiter mille passuum, eò se recipere coeperunt. Capto monte, nostri succedunt. Boii et Tulingi, qui hominum milibus circiter quindecim agmen hostium claudebant et novissimis praesidio erant, ex itinere nostros latere aperto aggressi, circumvenire coeperunt.

Id conspicati Helvetii, qui in montem sese receperant, rursus instare et proelium redintegrare coeperunt. Romani signa converterunt, et bipertito intulerunt: prima et secunda acies, ut victis ac submotis militibus resisteret, tertia, ut venientes sustineret. Ita ancipiti proelio diu atque acriter pugnatum est.

40. Impetus nostrorum diutius sustinere non poterant: alteri se, ut coeperant, in montem receperunt; alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt. Nam hoc toto proelio, cum ab horâ septimâ ad vesperum pugnatum sit, aversum hostem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est; propterea quòd pro vallo carros obiecerant et e loco superiore in nostros venientes tela coniciebant, et nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subiciebant, nostrosque vulnerabant. Cum diu pugnatum esset, nostri impedimentis castrisque potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia atque unus e filiis captus est.

41. Ex eo proelio circiter hominum centum et triginta milia superfuerunt, eâque totâ nocte continenter ierunt. Iter nullam partem noctis intermiserunt: die quarto in fines Lingonum pervenerunt: propter vulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuerunt. Caesar ad Lingonas litteras nuntiosquè misit, ne eos frumento neve aliâ re iuvarent: qui si iuvissent, dixit, se eodem loco, quo Helvetios, habiturum. Ipse, triduo intermisso, cum omnibus copiis eos sequi coepit.

The Helvetii surrender and are sent away home.

Helvetii omnium rerum inopiâ adducti legatos de deditione ad eum miserunt. Qui cum eum in itinere convenissent, se ad pedes proiecerunt, suppliciterque locuti flentes

pacem petierunt: et cum eos in eo loco, quo tum essent, suum adventum exspectare iussisset, paruerunt.

42. Eò postquam Caesar pervenit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit. Dum ea conquiruntur et conferuntur, nocte intermissâ, circiter hominum milia sex eius pagi, qui Verbigenus appellatur, sive timore perterriti, ne supplicio adficerentur, sive spe salutis adducti, in tantâ multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse existimabant: itaque primâ nocte e castris Helvetiorum egressi ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt. Quod ubi Caesar resciit, quorum per fines ierant, his, ut conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperavit: reductos in hostium numero habuit: reliquos omnes obsidibus, armis, perfugis traditis, in deditionem accepit.

43. Helvetios, Tulingos, Latovicos in fines suos, unde erant profecti, reverti iussit: quòd, omnibus frugibus amissis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut iis frumenti copiam facerent; ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit. Id maxime eâ ratione fecit, quòd noluit, eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare: ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, e suis finibus in Helvetiorum fines transirent, et finitimi Galliae provinciae

Allobrogibusque essent. Aedui petierunt, ut Boios in finibus suis conlocarent, et Caesar concessit. His agros dederunt: et postea in eandem iuris libertatisque condicionem, quam ipsi habuerunt, receperunt.

Documents found stating the number of the Helvetii.

44. In castris Helvetiorum tabulae repertae sunt, litteris Graecis confectae, et ad Caesarem relatae; quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, quot domo exissent eorum, qui arma ferre possent, et item separatim pueri, senes mulieresque. Quarum omnium rerum summa erat capitum Helvetiorum ducenta et sexaginta tria milia, Tulingorum sex et triginta milia, Latovicorum quattuordecim, Rauricorum tria et viginti, Boiorum duo et triginta; ex his qui arma ferre possent, ad nonaginta duo milia. Summa omnium erat ad trecenta et sexaginta octo milia.

Eorum, qui domum redierunt, censu habito, ut Caesar imperaverat, reperti sunt centum et decem milia.



Plan of the second stage of the battle showing the manœuvre of the ROMANS to meet the HELVETII and their allies.

NOTES.

1. **Gallia**: except the Roman province, which had been subdued in B.C. 121, and *Gallia Cisalpina*.

omnis: not 'all Gaul,' but 'Gaul in its widest sense,' 'Gaul as a whole.'

divisa est, 'is divided': the adjective use of the participle. A. 291. b; H. 550. Note 2.

4. **linguâ**: abl. of *specification*. A. 253; H. 424; G. 398. "The language of the Aquitani was Basque; of the Gauls proper, Celtic; of the Belgians, probably Celtic mixed with German." Observe that the conjunction is either omitted entirely, as here, or is inserted so as to connect each noun with the following, as *lingua et institutis et legibus;* or one conjunction only is employed, viz. the enclitic *-que*, which is then appended to the last noun, as *lingua, institutis legibusque*.

inter se, 'one from another': used to express reciprocal action, and common with verbs of comparison or contrast. A. 196. f; H. 433. I; G. 212.

7. The **Matrona** (*Marne*) flows into the **Sequana** (*Seine*) a few miles above Paris.

dividit: sing., since the two rivers make one boundary only. A. 205. b; H. 463. II. 3; G. 281. 2.

9. **provinciae**. The district always spoken of by Caesar as *provincia* or *provincia nostra* lies to the south of the *Cevenna Mons* (now *Cevennes*), and extends from the Alps on the east to the river *Garumna* (now *Garonne*) on the west. It was called *Gallia Transalpina*, or *Gallia ulterior*, or simply *provincia*. It was also known later by the name of *Gallia Narbonensis*. The French *Provence* is a survival of the name *provincia*.

10. **longissime absunt,** 'are farthest removed from.'

14. **Germanis**: dat., with adj. denoting *nearness*. A. 234. a; H. 391. I; G. 356.

incolunt: intransitive here.

17. **his de causis.** A monosyllabic preposition is often placed between a noun and its adjective or limiting genitive. A. 345. a. 2; G. 680. R. 2.

reliquos, 'the rest of.' See on 473.

19. **proeliis**: abl. of *means*. A. 248. c; H. 420; G. 403.

22. **Oceano**: the Atlantic Ocean.

24. **septentriones**: (*septem triones*, "the seven plough-oxen"), the constellation of the 'Great Bear,' or 'Charles's Wain'; hence the 'North.' Also used in the singular.

28. **orientem solem**, 'the east.'

31. **occasum solis,** 'the west.' Hence **inter,** etc., 'the north-west.'

32. **Helvetios.** See Introduction.

ditissimus: contracted form of *divitissimus*, superlative of *dives*.

34. **regni,** 'regal power.'

35. **nobilitatis.** *Nobilitas* = the body of '*nobiles*.' The Gauls were divided into two classes, rich and poor.

36. **civitati**: dat., after **persuasit**. A. 227; H. 385. II; G. 345 R. 2.

ut ... exirent: subjunctive, in a substantive clause of purpose, object of **persuasit**. A. 331 and footnote; H. 498. II; G. 546 and footnote. For the Imperfect tense, see A. 286 and R. (b); H. 493. 1; G. 510 and 512.

37. **copiis,** 'belongings.'

39. **id ... persuasit**: lit. 'he persuaded this to them,' and so 'he persuaded them to this (course).'

40. **loci naturâ,** 'by the character of the country,' i.e. by the *Iura Mons* on the west, the Lake of Geneva and the Rhone on the south, and the Rhine on the north and east. **continentur,** 'are confined.'

42. **unâ ex parte,** 'on one side' (lit. 'from').

49. **finitimis**: dat. of the *indirect object*. A. 225; H. 384. II and 1. 1); G. 344.

52. **pro,** 'in view of,' 'considering'; hence **angusti** = 'too narrow.'

54. **milia passuum,** 'miles.' The Roman mile, 1000 paces, was about 1618 yards in length, or about $\frac{11}{12}$ of an English mile. **Milia**: acc. of *extent of space* (A. 257; H. 379; G. 335. 2); **passuum**: partitive gen. (A. 216. a. 2; H. 397. 2; G. 368).

70. **sibi suscepit,** 'took on himself.'

civitates, 'clans,' such as the Sequani, Aedui, etc.

72. **regnum,** 'unlimited power.'

74. **amicus**: a title granted by the Roman Senate to foreign and friendly princes.

77. **principatum,** 'the first place,' in influence.

80. **firmissimos,** 'most resolute.'

81. **Galliae potiri,** 'to obtain possession of Gaul.' *potiri* with gen., here only in C., i.e. Bk. 1. 3 fin. The gen. depends on the noun idea in *potiri* (*potior* = *dominus sum*). A. 249. a and 223. a; H. 410. V. 3; G. 405. R. 3.

posse, having no supine stem, can have no future infin., and accordingly stands in the pres. after verbs of 'promising,' 'hoping,' etc.

82. **per indicium,** 'by information,' i.e. 'by informers.'

83. **moribus suis,** 'according to their custom.'

ex vinclis, 'in chains,' lit. 'from': cf. *ex equo* = 'on horseback.'

85. **si damnaretur,** 'if he should be condemned:' subjunctive, in a subordinate clause (*future* condition [A. 307. a and b; H. 508, 509; G. 597, 598]) in *informal* indirect discourse (A. 341. c. examp. 1 and 4; H. 528. 1; G. 509. 3. See also A. 336. 2; H. 524; G. 653), attracted into the imperfect tense by the sequence of tenses (A. 336. B and 337 3. examp. 1; H. 527 and 493; G. 657). The distinction between the *more vivid* and *less vivid* future conditions is obscured in indirect discourse. A. 337. a; G. 659. 3. II. Cf. n. on 149.

86. **dicendae causae,** 'for making his defence' : gen. case.

87. **familiam** includes relations, slaves, vassals, and debtors reduced to a condition of slavery.

91. **per eos,** 'by their means.' A. 246. b; H. 415. I. 1. Note 1; G. 403.

92. **incitata,** 'enraged.'

ius suum, 'its rights.' Orgetorix procured his acquittal by intimidation, but the 'magistrates' roused the people to arms to maintain their authority.

96. **sibi mortem conscivisse,** 'committed suicide.'

100. **oppida,** 'strongholds.'

101. **reliqua privata aedificia** = *reliqua aedificia quae privata erant.*

102. **praeterquam quod**: lit., 'further than what.'

104. **domum reditionis.** The verbal substantive **reditionis** is followed by the acc. **domum**, just as its verb (*redire*) would be. A. 258. b; H. 380. II. 2. 1); G. 342. R. 2.

105. **ad pericula subeunda**: gerundive with *ad*, expressing purpose. A. 318. (4) and 300; H. 544. 2. Note 2 (cf. 542. III. Note 2); G. 433 and 428. See also A. 296. examp. 1.

106. **Raurici ... Tulingi ... Latovici**: tribes on the German side of the Rhine.

110. **ad se,** 'into their own number.'

111. **itinera duo, quibus itineribus.** The antecedent of the relative pronoun is repeated in the relative clause for the sake of emphasis and clearness. A. 200. a; H. 445. 8; G. 617.

113. **Sequanos.** The *Sequani* were west and north of the *Iura Mons*, in the region now called *Franche Comté.* See map.

114. **inter ... Rhodanum**: i.e. along the right bank of the Rhone to the *Pas-de-l'Ecluse* and *Culoz.*

117. **alterum.** To take the other direction, the Helvetii must have overwhelmed the legion which guarded the Rhone at Geneva, and forced the passage of the river there.

multo facilius, 'much easier,' for their immediate purpose, that is, of leaving Switzerland, not for their ultimate

object; for it required them to force their way through about 50 miles of territory occupied by the Roman arms, and every mile further south would make them enter France at a point more disadvantageous for crossing the *Cevenna Mons* on their way to the *Santoni* (see on 197).

121. **vado**: abl. of *means*. See on 19.

transitur = *transeundus est*.

122. **Allobrogum**. See on 219.

125. **cogere**. Observe the omission of the object, *Allobroges*.

suos: i.e. of the Allobroges. **eos** (i.e. *Helvetios*): used instead of *se* to avoid ambiguity. A. 196. a. 2. Note.

ut...patiantur: subjunctive, in substantive clause of purpose. A. 331 and footnote; H. 498. II and footnote 2; G. 546 and footnote. Cf. n. on 36.

131. **ab urbe**, 'from the neighbourhood of the city (Rome).' 'From the city,' would be *ex urbe*. The three provinces of Cisalpine and Transalpine Gaul and Illyricum had just been conferred upon Caesar for a term of five years. He had received the military authority of proconsul, the *imperium*, and was preparing to set out for his province. While holding such authority a commanding general was not allowed to enter Rome.

132. **ulteriorem** = *transalpinam*. See on 9 and 135.

ad Genavam, 'into the vicinity of Geneva.'

133. **maximum...imperat**, 'makes requisition on the whole province for a very large number of troops': dat. of the *indirect* with acc. of the *direct object*. A. 225; H. 384. II and 1. 1); G. 344. Cf. n. on 49.

135. **Gallia ulteriore**: the Province; called *ulterior*, in contrast to *Gallia citerior*, which lay on the Italian side of the Alps, *Gallia Cisalpina*. Cf. n. on 9.

136. **ad**, 'near,' 'close by.'

141. **obtinebant**, 'held.'

142. **eius**: i.e. Caesar.

144. **L. Cassium**. In B.C. 107 the Tigurini, one of the cantons of the Helvetii, marched into the territory of the Allobroges.

led by Divico. They defeated the consul Lucius Cassius Longinus, who was killed in the engagement.

147. **concedendum esse**: impersonal, 'that permission ought to be given.' A. 146. d; H. 301. 1 and 2, and 195. II. 1; G. 199. R. 1. Cf. n. on 243.

148. **facultas itineris faciendi**: *objective* genitive. A. 298. examp. 1; H. 542. I, 543 and 544; G. 429.

149. **si...daretur**: subjunctive, in a subordinate clause (= *future* condition) in indirect discourse (**homines temperaturos esse**) (A. 336. 2; H. 524; G. 653), attracted into the imperfect tense by the sequence of tenses. See on 85.

inimico animo, 'of hostile temper': abl. of *quality*. A. 251; H. 419. II; G. 402.

150. **temperaturos esse**, 'would refrain.'

151. **diem**, 'time.'

153. **imperaverat**, 'had demanded,' 'levied.' See l. 133.

155. **ad**, 'by.' **Idus Apriles**, 'April 13th.' A. 376. ff.; H. 642. ff.; G. p. 387.

156. **lacu Lemanno**: the Lake of Geneva, Lake Leman.

157. **influit**. Caesar is speaking of the west end of the lake where the river Rhone flows from it.

